Czaple Donatio 63

Coram off[ici]o et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Gnesnen[sibus] personaliter com:
parens Rev[eren]dus Simon Czapski Altarista in Wiecoli Dzbronka
filius olim Nob[i]l[is] Adami Czapski in Czaple Andrzejowice et Obrzapki
Districtus Pyzdricien[sis] haeres Sanus mente et corpore existens a districtu
foro et jurisdictione competenti recedendo et huic se jurisdictioni quo ad reco:
gnoscenda infrascripta attinet palam ac libere verbisque personalibus
recognovit Quia Nobili Petro Czapski fratri suo germano et
ipsius legitimis successoribus de omni et integro jure suo seu inscri:
ptione certa sibi recognoscenti per Nobilem Elisabeth filiam olim
Joannis Czapski consortem N[o]b[i]lis Alberti Sarnicki de ...ka super
bona omnia immobilia in haereditatibus villarum Czaple Andrze:
jowice et Czaple Obrzapki consistentia Coram actis Castrensibus
Pyzdricien[sibus] modo donatorio facta et recognita Cum omnimoda
potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione pos:
sessione traditione et ligamentis omnibus in originali inscriptione
contentis et utilibus omnibus in eisdem bonis existentibus nullis exce:
ptis cedit et de eisdem bonis condescendit Omneque et integrum ius
suum sibi ad praemissa serviens in personam ipsius et eius successorum
perpetuo transfert et transfundit. Praeterea et bona sua mobilia omnia
se post parentes suos iure naturalis successionis concernentia in haeredi
tate Czaple Andrzejowice consistentia in aedificiis pecoribus pecudibus
totaque substantia et supellectili domestica nihil sibi ex eis reser:
vando et excipiendo eidem fratri suo dedit donavit ac praesentibus
temporibus resignavit ac inscripsit Cui iam ex nunc in bona omnia
supra mobilia et immobilia praesentibus resignata dat et admittit realem
intromissionem cum libera tenuta ac pacifica possessione per eundem Resignantem
et Nob[i]les duos acceptandam Quatenus praemissa ex his actis ad ...
his acceptam ad acta propria ... transferre et inducere consen
sit ... sua et ... ... non obstante.

Oledzkie Demissio

Coram off[ici]o et Actis praesentibus personaliter comparentes Nob[i]les Stanislaus et Jo:
annes filii olim Nob[i]lis Christophori Oledzki Sani mente et corpore existentes
palam ac libere recognoverunt Quia Nobili Alberto olim Pauli Oledzki et ipsius
posteris obligationem terrae immobilium in bonis Oledzkie situatam per olim Nob[i]lem
Paulum Oledzki parenti suo in tribus sexagenis inscriptam et aliam
obligationem eidem parenti suo per olim Andream quondam Nicolai Oledzki
in quatuor sexagenis recognitam Cum omnimoda potestate eiusmodi
inscriptionis ac paratis possessionibus demiserunt et de bonis praedictis con
descendendo in ipsum transfuderunt intromissionem ex nunc officiali acceptandam
admittendo